

## DE CONSERVANDA

autem seminis porri uirtus inest interficiendi et ei-  
ciendi uermis, in concavitatibus dentium in tollerabi-  
lem quandoq; dolorem excitans. Auic. 2. Cano. cap.  
549. teste. Porrū uulgaris est notitiæ. Hyoscyamus ue-  
rò herba est stupefactiua, cauleis emittens crassos, fo-  
lia lata, oblonga, diuisa, nigra, hirsuta, pingua et fœ-  
tida, flores è latere caulis ordine prodeunt, tanquam  
punicorum cytini, scutulis septi seminum plenis, ut  
papaueris, de quo Macer:

Ore diu tepidum si contineatur acetum,  
Quo sint decoctæ radices illius herbe,  
Dicitur immodicum dentis pacare dolorem.

## DE RAUCEDINE VOCIS. CAPVT LXXX.



Nux,